



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm

Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 33. De Collocutione cum mulieribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59636)

debent vitiosos omnes habitus & consuetudines mundi ; & induere se vestibus Christi, quæ sunt virtutes ipsius.

4. Pro Christo crucem portant ij soli , qui Christum sequuntur. Itaque si quis aliud præter Christum persequitur , si quæ crux illi ferenda obueniat , non Christo , sed suis eam cupiditatibus portat.

5. Suam crucem , quam à Patre acceperat , Christus tulit , sic nos debemus tollere crucem nostram , illam quam Deus imponit , non quæ nobis videtur. Hoc est , ex ijs tentationibus & rebus , quæ nobis diuinitus obueniunt , profectum quarere debemus , non alias præferre & optare , quando ipse nouit quod nobis vltimum sit.



MEDITATIO XXXIII.
CHRISTVS MULIERES.

ALLOQUITVR.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. IESVS conuersus ad mulieres sequentes ac plangentes dixit : Nolite flere super me ; sed super vos , & super filios vestros. *Luc. 23^o*

II. Si in viridi ligno hæc faciunt ; in arido quid fiet ?

III. Ducebantur alij duo nequam cum illo , vt interficerentur.

N. 7.

FIGV-

FIGURA.

2. Reg. 15. **D**Auid Rex fugiēs Absolonem, ascendebat montem Oliueti, stans discalceatus, operro capite, sequebatur autem populus illum plangens.

PROPHEZIA.

Zach. II. **E**T plangent eum planctu quasi super unigenitum, & dolebunt super eum ut doleri solet in morte primogeniti.

DOCUMENTA.

1. **Q**ui religiosum institutum amplexi, recusant pati, appetitus frangere, aut labores instituti sui subire; profitentur quidem se cum turba Christum sequi, sed crucem cum Christo non ferunt.
2. Non dolendum, sed gaudendum potius, si eò quod seruiamus Christo, apud homines in praua simus existimatione, & iniqui odiosiq; iudicemur, neque enim pro nobis recusauit Christus duci inter latrones.
3. Mulieribus Christum, non se desentibus similes sunt, qui suorū defectuum immemores & incuriosi, alienos notant & accusant. Medeamur primū nostris morbis, tum deinde sine reprehensione miserebimur aliorum.
4. Si Filius Dei, cum esset lignum viride, innocens, fructuosum: itemq; homines iusti & sancti, ita in hac vita adusti sint ignibus rerum aduersarum: quid fiet aridis lignis & quātum putamus ardebunt in inferno peccatores?
5. Si is, qui venit in mundum sine peccato, non egressus est sine flagello, nobis qui cum peccato

peccato ingressi, in peccato viuimus, cogitan-
dum est, non posse nos sine flagellis & mole-
stijs vitam peragere?

6. Nolebat Dominus se fieri à mulieribus,
sed populum à quo ducebatur ad mortem, vt
ostenderet, non tam de illius passione dolen-
dum, quàm flendum & plangendum de pecca-
tis nostris, quæ mortis illi fuerunt causa.

7. Monebat Christus mulieres sui amantes,
ruinas flere populo illi imminentes, indicans
amatores Christi dolorem debere concipere
ex proximorum seu temporalibus seu spiri-
tualibus damnis.



MEDITATIO XXXIV.
SIMON CHRISTVM IN

PORTANDA CRUCE ADIUVAT.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *In via apprehenderunt quidem Simo- Mas. 27*
nem Cyrenensem, venientem de Villa. Mar. 15.

II. *Hunc angariauerunt, vt tolleret Luc. 23.*
crucem eius.

III. *Et imposuerunt ei crucem portare*
post IESVM.

PROPHETIA.

EGO quasi agnus mansuetus, qui porta- Iere. II.
tur ad victimam.

DOCUMENTA.

I. **C**RUCEM coacti & sine fructu cum
Cyrenço portant, quos non amor, sed
timor

scen-
iscal-
utem

uni-
dole-

xi, re-
ut la-
entur
d cru-

tius, si
nes in
iosiq;
usauit

ntibus
nemo-
usant.
leinde
n.

de, in-
usti &
rerum
iātum
s?

ccato,
i cum
eccato